



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCXXXIII. Das Kloster Isenhagen verkauft Hebungen aus Dörfern in der Nähe von Salzwedel an den Rath der Altstadt zur Ausstattung eines von diesem gegründeten geistlichen Lehnes, am 26. November 1378.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

in domibus Johannis amborn et arnoldi lantmans in nouo opido soltwedel et I marcam brandenburgensis argenti in rure putlencze de III<sup>or</sup> mansis annuatim in festo martini erogandam, cum domo sita in nouo opido predicto prope domum Johannis gulleueldes in parte septentrionali, per discretum virum dominum wernerum de chuden pie memorie factas, ritas et laudabiles approbamus et in nomine domini in huius scripture auctoritate nostra ordinaria confirmamus. Jus patronatus vero seu ius presentandi ydoneam personam ad beneficium dicti altaris iuxta dispositionem dicti fundatoris apud honestos viros ac multum discretos Consules Noue Ciuitatis Soltwedel discernimus perpetue permanere. Datum et actum Soltwedel, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVIII<sup>o</sup>., duodecima mensis Januarij, nostro sub Sigillo.

Nach dem Originale aus dem Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 32, No. 9.

CCXXXIII. Das Kloster Iſenhagen verkauft Gebungen aus Dörfern in der Nähe von Salzwedel an den Rath der Altstadt zur Ausstattung eines von diesem gegründeten geistlichen Lehnes, am 26. November 1378.

Coram uniuersis et singulis, quorum interest et quorum interesse poterit quomodolibet in futurum, Nos Hermannus dictus de veltym, prepositus, Mechtildis dicta Hengherduz, abbatissa, Hildegundis dicta de Remstede, Priorissa, totusque conuentus ancillarum Cristi monasterii Beate Marie virginis in Iſenhagen, ordinis Cystertienſis, Hyldenlemedenſis diocesis, euidenter recognoscentes protestamur per presentes, Quod nos capitulariter congregati, matura deliberatione unanimi consilio concordati consensu ac plena voluntate omnium ad hoc iure requirendorum prehabitis, vendidimus et dimisimus, nec non vendimus et dimittimus rite per presentes ac rationabiliter, iusto ac perpetuo venditionis tytulo, honorabilibus et sollertibus viris, dominis consulibus antike ciuitatis Soltwedele ad vsus cuiusdam beneficii, per eos de nouo fundandi in honorem omnipotentis dei sueque genitricis Marie et omnium Sanctorum, in salutem et suffragium pie memorie videlicet Gherardi, dicti de Lüghe, et domine Kyne, felicis recordationis sue conthoralis, et eorum parentum omniumque Cristi fidelium animarum remedium singulare, vnum integrum chorum filiginis ac XVIII modios filiginis annuorum et perpetuorum reddituum cum omni iure et proprietate, scilicet vnum chorum filiginis in villa Lübaz in curia nunc Arnoldi dicti Cowlize, et XVIII modios filiginis in villa dicta Bynda, in curia nunc Hennekini Cyrowen, ex eisdem curiis singulis annis prouido viro domino Bartoldo Boden presbytero, nunc dicte ciuitatis Soltwedele notario, cui per dictos dominos consules prefatum Beneficium collatum fore scitur, ac ipsius domini Bartoldi in ipso dicto beneficio in sempiternum successoribus, quibus idem beneficium per predictos dominos consules cum vacauerit collatum fuerit, integre perfoluendos, ac per eundem dominum Bartoldum et ejus successores quolibet anno, prout nos hucusque habuimus, subleuandos et percipiendos plenarie cum effectu, pro LXIII marcis denariorum Lubecenſis monete, nobis in paratis denariis per supradictos dominos consules perfolutis, et per nos ad vsum dicti nostri monasterii in alios annuales redditus, videlicet nobis in confinio adjacentes et dicto nostro monasterio magis competentes, commutatis et conuerſis. Renunciantes pro nobis et pro monasterio nostri omni-

bus successoribus quomodolibet in futurum omni juri, proprietati, libertati, possessioni ac omnibus aliis pertinentiis, quas huc usque in prefatis bonis habuimus, et predictum dominum Bartoldum, nec non suos successores in dictorum bonorum corporalem possessionem admittimus et admissum seu admissos presentibus protestamur. Insuper recognoscimus per presentes protestantes, si nunc vel in futurum aliquale vexationis vel impetitionis obstaculum in possessione siue perceptione predictorum reddituum domino Bartoldo vel ejus successoribus occasione quacunque motum fuerit, quotiescunque et quando hoc nobis literaliter vel oretenus notificatum fuerit, ex tunc immediate post hoc sine dilatione prefatum dominum Bartoldum et similiter suos successores ab huiusmodi impetitione ac impedimento quitare, saluare et indemnes tenere, debemus, volumus et de facto promittimus per presentes sub nostris propriis laboribus et expensis, quando et vbi fuerit oportunitum. Hec omnia et singula premissa nos dicti Prepositus, abbatissa, priorissa totusque conventus dicti monasterii in Ysenhagen fideliter promittimus obseruare dictis dominis consulis in Soltwedele, nec non dicto domino Bartoldo et suis successoribus plenarie cum effectu sine omni colore fraudis et materia inmutandi. Preterea etiam predictorum reddituum seu bonorum, a nobis ut premitator preteritu prefate venditionis resignatorum, renunciatorum ac a nobis dimissorum, prefatis dominis consulis nec non ipsi domino Bartoldo suisque successoribus veram iustam ac realem warandiam facimus, ac ipsos warandamus ac warandatos esse volumus per nos et nostros successores nullo fraudis serupulo admixto, sicut de jure debemus et tenemur. In cujus rei testimonium et euentiam clariorem nostra sigilla sunt — appensa huic scripto presentibus honestis et discretis viris D. Johanne de Boek preposito in Dambeck, D. Martino de Arntsee, D. Bartoldo Thuriz et D. Henrico Magni, altaristis in ecclesia S. Marie virginis in Soltwedele antedicta, D. Rudolfo Rotterneck, D. Mathia de Osterborch, D. Henrico Winterfeld presbyteris, nec non Hojero de Chüden, Henrico Wyfteden, Johanne Lüghen, Johanne de Chüden, ac Alberto nec non Vickone fratribus dictis Boden, civibus in Soltwedele sepe dicta, cum pluribus aliis fide dignis ad hoc pro testibus vocatis specialiter et rogatis. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVIII<sup>o</sup>., feria sexta post festum sancte Elyfabeth vidue gloriose.

Nach dem Originale des Salz. Archives.

CCXXXIV. Gebrüder Hartwig verkaufen die Herrenwiese auf Saalfeld an das Kloster zum heil. Geist zu Salzwedel, am 15. Juni 1379.

Wy Beteke, Hoyer vnde Woltere, brodere, Hanfes Hardewyghes sone — Borghere to Soltwedele, Bekennen — dat wy hebben vorkofft vnde laten — vor XXX lobesche mark — Den ghesteleken luden, deme proueste vnde deme ghantze conuente to dem hilghen ghesie vor Soltwedele eyne wysch to Celuelde, de ghenant is de herenwysch, ewelken to besytende vnde to hebbende myd alme rechte vnde tobehorynghe, also wy de hebben ghehad — vredelken wente an desse tyd, vnde de vorbenomede wysch lecht by der mollen to olden